Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Co[n]te[n]ta hoc libello Modus confitendi

Andreas <de Escobar>

Argentine, 1507

De decem precceptis legis

urn:nbn:de:bsz:31-114204

Visual Library

ac longus ad confitendū ⁊ penitēduz de peccatis tui. penitentiaz mihi dataz ⁊ vota ꝓmissa vel inchoata nō cōpleui. op⁹ dei neglexi. Remissus in dicēdo officiū diuinū ⁊ faciēdo deo seruitia fui. ⁊ meum officiū facere ignoraui. ⁊ iniurias feci. res meas deturpaui In horis ⁊ diuinis offitijs nullā deuotōez habui. ⁊ si aliqñ feci aliqđ bonū. illud cū tristitia ⁊ verecūdia ac vana gl'ia ꝑegi. desistere me posse peccatis penitus desperaui. ⁊ in discreto feruore deo meo seruiendo tantū corpus meū exterminaui et extenuaui. ꝙ sibi seruire vt tenebar postmodū nō potui. ad cōsuetā vitā declinaui. Vota ꝓmissa nō cōpleui nec ieiunia eccl'ie. Qualitercūqz peccaui in his septem peccatis mortalibꝫ aut in aliquo eoꝝ. siue in aliquibꝫ circūstātijs ipoꝝ peccaui dico meā culpā ⁊ reddo me culpabilē đo ⁊ vo.

De decē preceptis legis.

¶ Quarto peccaui opatōe qꝛ decem precepta dei mei transgressus fui ope et volūtate. Primo deū meū ex toto corde meo nō dilexi nō timui nec adoraui nec firmā fidē et spez in ipo ⁊ de ipo habui. quin poti⁹ diuinis augurijs. sortilegijs ⁊ incātatiōibꝫ. heresibꝫ et fl'is doctrinis magis q̄z deo meo ⁊ scripturis sacris fidē dedi ⁊ magis de eis cōfisus fui. ¶ Scđo nomē dei iuanū assumpsi ꝑ os meū. Pro nulla re deū meū iuraui. frequēter et sine causa iuramēta falsa pronūciaui ⁊ sup euāgelia iuraui sine necessitate. Simplici verbo credere nolui. ⁊ ꝑ mēbra dei ꝑiuraui. deum et sanctos ei⁹ negaui atqz blasphemaui. ¶ Tertio peccaui. nā diē dñicū ⁊ festiuitates ecclesie cū oratiōibꝫ missis ⁊ predicatōibꝫ ⁊ elemosiuis nō sāctificaui sz ill' diebꝫ debitores meos repetij ⁊ posui. mihi debita ꝓcuraui. familiaz meā laborare feci. tꝑalibꝫ vacaui. ⁊ mūdi gaudijs. crapulis ⁊ luxuriosis actibꝫ magis illis diebꝫ festiuis me dedi q̄z alijs diebꝫ nō festiuis. Quarto peccaui. nā patrē et mr̄ez meā corꝑales nō honoraui. nec eis in necitatibꝫ subueui. sz eos ad irā ꝓuocaui. Prelatꝫ spūalibus ⁊ matri mee sācte eccl'ie debitas reuerētias nō feci nec eoꝝ p̄cepta ⁊ cēsuras curaui. imo in cōtemptū clauiū eccl'ie cū excōicatis et scismaticis ⁊ hereticis ꝑticipaui. ⁊ decimas q̄s eccl'ie tenebar dare nō integre dedi. ¶ Quinto peccaui. nā ꝓximū meū licet nō actu. tñ aīo et volūtate occidere volūtarie ac i ꝑsona ledere et in rebꝫ cōcupiui. man⁹ violētas in eū posui. et ponere decreui. ¶ Sexto peccaui. nā mulieres cōiugatas ad vlteriū eas ꝓuocaui. et in diuersis cogitatōibꝫ ꝑ adulteriū me coinquinaui Septio peccaui nam res alienas iniuste de locis sacris ⁊ nō sacris abstuli. ⁊ officiū ad recipiendū boua pauperꝝ ꝓcuraui. ⁊ res alienas dñis suis nō reddidi Patrimoniū crucifixi nō debite expendi. nec ꝑ me ablatū vel furatū aut inuentū nūq̄z restitui Nec volūtates vltimas mortuoꝝ et testamēta adimpleui. ¶ Octauo peccaui. nā cōtra proximū meuz ex

malicia publice et occulte falsum testimoniuz falsas scripturas. fal
sos testes cōtra eū ꝓcuraui et dixi. et eius vitā et mores quātū po/
tui denigraui. et vituperias derisiōes ac maledictōes cōtra eū ꝓtu
li ⁊ scādula ꝓcuraui. ¶ Nono peccaui. nā proximi mei vxorē et con
sanguineā. ⁊ sanctimonialē desideraui. ⁊ in eius pulchritudine ga/
uisus fui. et ad eā videndū cucurri et habere quocūqz modo delibe
raui. ¶ Decimo peccaui. Naz vicinis agros. domꝰ. bñficia et bona
mei ꝓximi ꝑ dolos. fraudes. violētiā deceptiōes habere cōcupiui. ⁊
cōtra eū cās iniustas et litigiosas moui. verbis ⁊ factis quātuz po/
tui ꝓpter illa bona eū rebꝫ suis iniuste priuaui et priuare studui In
hijs omībꝫ dico meā culpā ⁊ reddo me deo culpabilē et vob patri.

De Quinqz sensibus

¶ Quinto pater peccaui cōtra deuz cū omnibꝫ meis menbris ⁊ sen
sibus mei corpis. Nā cū meo capite. deo et meis maioribꝫ reuelētiā
nō feci. Itē collū meū ad obedientiā inclinare nolui Itez aures ad
audiēdū luxuriosa verba. detractōes cātus et iustrumēta musica/
lia dedi. Itē oc'los meos multotiēs coloribꝫ deturpaui et impudi/
ce cū eis multas mulieres ac plures vanitates mūdi respexi. Item
nares meas odoribꝫ ꝓuocātibꝫ ad vanā gl'iaz ⁊ luxuriā ordinaui.
Itē os meū ad loquēdū mēdacia blasphemias et iniurias deputa
ui. Itē linguā meā ad loquēdū suauia mēdacia ordinaui. Itē gut/
tur meū crapula et ebrietate repleui. Itē manibꝫ meis aliena rapui
et turpiter cū eis corpus meū ⁊ aliena mēbra mea ad generationē
deputata fornicatiōibꝫ maculaui. Itē ventrē meū luxurie ⁊ ebrie/
tatibꝫ dedi. Itez in lumbis meis ardorē libidinis exoptaui ⁊ excita
ui. Itē in corde meo varias cogitatiōes et tentatiōes habui. quas
opere ꝑfecissem nisi timor mūdi et hoīm me abstraxissent. Item ge/
nua mea deo meo ⁊ sanctis et maioribꝫ ac ꝑlatis meis nō flexi Itē
cū pedibꝫ meis ad luxuriādū furandū et sanguinē funddendū cu/
curri. Qualitercūqz ego cū aliquo mēbro meo corpis deū offendi.
dico meā culpā et confiteor deo et vobis.

De operibus misericordie

¶ Sexto peccaui vltimo modo peccādi obmissione. nā cū paupere
indigente in necessitate cōstituto. septē opa misericordie nō exercui
Nam cum potui esurienti dare panē nō dedi. Et sitienti potum nō
prebui. hospitem peregrinū et errantē ad meū hospitiuz et ad viaz
rectam non reduxi. Infirmos cū necessarijs nō visitani. Nudum
vestimentis nō cooperui. Incarceratos iniuste nō redemi. Mortu
um derelictum nō sepeliui nec sepelire feci.